



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

47. De providentia circa statum Religiosum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

Et quando non sic faciat delectabile, ita ratione persuadet ut inspirata lux vincat naturæ repugnantiam. Ergo me illi totum commitam.

PUNCTUM III.

Quod Deus juxta statum providet de medijs ad ferendum: unde cum Moyles delegisset adjuutores regiminis, dictum ei à Deo est: *An-feram de spiritu tuo, tradamque septuaginta senioribus, ut sustentent tecum onus populi tui.* Num. 11. 17. Quare si mihi duplicatur onus, etiam vitus. Hinc periculosum est amplecti statum, non ex voluntate divina, quæ inquirenda est; nam destituitur is convenientibus subsidijs: si tamen erratum est, nec licet regredi, recurrendum est ad Deum, qui non destituet nos. Alioqui *omnis plantatio, quam non plantavit Pater cœlestis, eradicabitur.* Marc. 12.

MEDITATIO XLVII.

De providentia circa statum Religiosum.

PUNCTUM PRIMUM.

Finis instituendi hunc statum fuit multiplex. I. ut esset schola perfectionis, quæ in charitate Dei, & proximi consistit: ubi proinde amoventur omnia impedimenta perfectæ charitatis. Cur divesti statum Religioli. *Hæc est generatio quærentium Dominum, & faciem ejus semper.* Pf 23. 6. Eccl. 3. Est Ecclesia filiorum sapientia, quorum natio & conditio est obedientia & dilectio: quare nituntur imitari Deum & Christum. Mat. 5. 48.

stum, *Estote perfecti: sicut Pater, qui est.* 2. finis. 3. est domus refugij, à periculis mundi. 4. *Prov. 8.* est domus solatij, quo divertat Deus. *Delicia mea esse cum filiis hominum: s. est lucerna super* 31. *Mat. 5.* *candelabrum, & civitas super montem posita,* 14. *Phil. 2.* ad exemplum virtutis: ut *siti sine querela, &c.* 15. 6. est officina meritorum, quorum ampla leges, *Isa. 6. 2.* ut & gloriæ. Hæ sunt *sex ala Seraphin.*

## PUNCTUM II.

Inordi-  
nibus  
Reli-  
giosis.

**P**ROVIDIT, ut essent varia Religiosorum instituta: quia cum plura sint officia charitatis, non potuit una in omnibus excellere, facilius autem alia sine alio; & cum Christus sit exemplar perfectissimum omnium virtutum, non potuit per omnia exprimi ab una aliqua Religione, & dum alia aliter eminent, redditur *Regina amicta varietate.* Et denique sunt hominum propensiones valde diversæ, & vires, ac facultates variæ, ut oportuerit modos assequendi perfectionem proponi diversos.

## PUNCTUM III.

Vocatio  
Dei.

**V**Ocat ad Religionem ipse: non enim est humanarum virium. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est, Et: Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit.* Non vocat omnes, quia non est status ad salutem necessarius, & vocat non ex merito, sed quia vult: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Hinc aliquando relinquit meliores, vocat autem imperfectio-

fectiores, ut eos perficiat. Gratias agam: videbo  
quàm sit inurbanum & ingratum, non sequi  
vocantem, imo periculosum, quando ideo vo-  
cat, quod hunc statum ducat vocatis opportu-  
num ad salutem. Quare de reventibus dicit: *Non*  
*gustabunt cœnam meam, Et Respiciens retro, non* *Luc. 14.*  
*est aptus regno Dei.* Porro in vocando Deus spe- *24.*  
ctat duo, & commodum Religionis, ad quam *Cap. 9.*  
vocat, & congruentiam ipsius vocati: nam *61.*  
providet tum bono publico, tum privato: qua-  
re magnus error est reniti.

## MEDITATIO XLVIII.

*De bonis status Religiosi.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**Q**uia eruit à periculis mundi: est autem *Mundi*  
mundus multitudo servientium *concupif-* *pericula*  
*centia carnis oculorum, & superbia vita:* quo- *1. Ioan.*  
rum alij per infidelitatem sunt extra Ecclesiam, *2. 16.*  
alij autem per fidem, membra Ecclesiæ, sed pu-  
trida; inter quos vivunt quidem justi, sed cum  
periculo ab occasionibus, ab exemplis convi-  
ventium, à rebus ipsis: siquidem facilius est,  
teste Domino, *Camelum per foramen acus, Marc.*  
*transire quàm divitem intrare in regnum Dei,* *10. 24.*  
Gratias ago tibi Domine, quia *eduxisti me de*  
*Ur Chaldeorum,* ab igne concupiscentiæ illius. *Gen. 15.*  
Multiplices porro, varij & miri sunt modi edu- *7.*  
cendi ex mundo, etiam per tentationes, & per-  
secutiones, ac per ipsos graves lapsus à Deo